norem domini nostri iesu xpi: Inprimis.
In nomine patris et filij: et sp̄s sc̄i amen.
Benedictio et claritas et sapientia
et gratiarum actio: honor et uirt'
et fortitudo sit deo omnipotenti crea
tori et conseruatori nr̄o: Qui ui
uit et regnat in secula seculorum amen Do
mine meditabor uite quia fuisti adiutor meus:
Domine exaudi orationem meam: Et clamor
meus ad te ueniat. Oremus: oratio
Gratias tibi ago omnips deus qui me in
hac nocte non meis meritis sed tua sc̄a
misericordia dignatus es custodire:
Concede michi domine diem istam in tuo sc̄o
seruicio ita peragere: ut tibi placeat obseq
uium seruitutis mee: Qui uiuis de mane oro.
Surrexit dominus de sepulchro: qui p
nobis pependit in ligno: Non sit nobis
uanum mane surgere ante lucē: quia

promiſit dominus coronā uigilantibus: Sur
gite uigilemus: Venite adoremus: quia ne
ſcimus horā quando dn̄s ueniet: Benedici
te omnia opera dn̄i dn̄o: laudate et ſuper
exaltate eum in ſecula: Exurge dn̄e adiu
ua nos: Et libera nos propter nomen tuum: Do
mine exaudi orationem meam: Et clamor
meus ad te ueniat: Oremus; oratio:
DEus qui pro nobis filium tuum crucis
patibulum ſubire uoluiſti: ut inimi
ci a nobis expelleres poteſtatē Con
cede nobis famulis tuis: ut reſurrectionis
eius gratiam conſequamur per eundem: vs.
Gloria in excelſis deo et in terra pax ho
minibus bone uoluntatis etc.: oratio:
BEnedicamus patrem et filium cum
ſancto ſpiritu: laudemus et ſuper
exaltemus eum in ſecula: Amen: vs
Te deum laudamus: Te dn̄m etc.: oratio
Omnipotens ſempiterne deus dirige actus
noſtros in beneplacito tuo: ut in nomine
filij tui mereamur bonis operibus habundare.

Dirigere sanctificare regere et gubernari
dignare domine deus rex celi et terre hodie
quesumus corda et corpora nostra sensus
sermones et actus nostros in lege tua et in ope
ribus mandatorum tuorum: ut hic et in eter
num te auxiliante salui et liberi esse mere
amur salvator mundi. Qui vivis et regnas
in trinitate perfecta in secula seculorum.
Illumina domine eccle oratio || aim
siam tuam: in tui nominis protectione
confitentem: ut despectis inimicis
voluntaria te confessione magnificet. Per.
Domine deus pater alia oratio:
omnipotens qui ad principium huius
diei nos pervenire fecisti: per me
ritum et intercessionem beate et gloriose
semperque virginis marie et omnium sanctorum
tuorum tua nos hodie salva virtute. et
ut in hac die ad nullum declinemus pec
catum nec ullum incurramus periculum
sed semper ad tuam iustitiam faciendam
nostra procedant eloquia dirigantur cogitati-

ciones et opera per xpm dnm nrm am:

Domine deus omnips peccaui *oratio* super numerum arene maris: et multiplicate sunt iniquitates mee: et nunc flecto genua cordis mei: precans bonitatem tuam domine peccaui: Peccaui dne iniquitatem meam agnosco: Peto rogans te dne: remitte michi: remitte michi: ne simul perdas me cum iniquitatibus meis: nec in eternum reserues mala michi: Sed precor salua me indignum famulum tuum secundum magnam misericordiam tuam: et laudabo te omnibus diebus uite mee: quia te laudat omnis uirtus celorum: et tibi est gloria in secula seculorum. amen. *oratio ad dominum nostrum iesum xpristum*

Iuste iudex ihu xpe: rex regum et dne: Qui cum patre regnas semper et cum sancto flamine Nunc digneris preces meas clementer suscipere: Tu de celis descendisti uirginis in uterum unde sumens ueram carnem uisitasti seculum Tuum plasma redimendo sanguine proprio

Illa queſo deus m̄s glorioſa paſſio:
Me defendat inceſſanter ab om̄i periculo:
Vt valeam permanere in tuo ſcō ſeruicio:
Adſit m̄ tua virtus ſemper et defenſio:
Mentē meam ne perturbet hoſtium incurſio:
Ne dampnetur corpus meū fraudulenti laqueo.
Dextra fortis qua fregiſti acherontis ianuas.
Frange meos inimicos nec non et inſidias.
Quibus volunt occupari cordis mei ſemitas.
Audi xp̄e me clamantē et penitentē miſerum.
Et querenti pietatē porrige ſolacium:
Ne inſurgant inimici mei in obprobrium.
Deſtruantur et taleſcant qui me volunt perdere.
Fiat illis in ruinā laqueus in die:
Ieſu pie ieſu bone: noli me derelinquere.
Tu defenſor tu protector: tu ſis m̄ clippeus:
Vt reſiſtā te rectore michi detrahentibus.
Et eiſdem ſuperatis gaudeam diutius
Mitte ſanctum de ſupernis ſedibus paraclitū.
Suo mei qui illuſtret ſplēdore conſilium.
Odientes me repelle: et eorum odium.
Scē crucis tue ſigno: ſenſus meos muniat.

Et ueſſillo triumphali me uictorem faciat
Vt deuictus inimicis uiribus deficiat:
Miſerere mihi xp̄e fili dei genite:
Miſerere deprecanti angelorum domine.
Eſto ſēper memor mei dator ī dulgētie:
Deus pater deus filius deus alme ſpūs
Qui trinus ⁊ unus deus diceris ⁊ dn̄s:
Tibi uirtus ſit perempnis ⁊ honor perpe
tuus Amen:— Alia oro ad dn̄m nr̄m ieſum xp̄m.
PRecor te piiſſime dn̄e ihu xp̄e ꝑ illā
eximiam caritatem quando tu rex
celeſtis pendebas in cruce: cum deifica
caritate: cum uictiſſima anima: cum triſtiſ
ſimo geſtu: cum turbatis ſenſibus: cum tra
nſfiſſo corde: cum tranſuerberato corpore:
cum ſanguineis uulneribus: cum expāſis
manibus: cum extenſis uenis: cum clamo
roſo ore: cum rauca uoce: cū pallida facie:
cum mortali colore: cum lacrimoſis oculis.
cum gemebundo gutture: cum ſitibundis
deſiderijs: cum amaro guſtu fellis: cum in
clinato capite: cum dimiſſione corporis ⁊

anime: cum origine viventis fontis: i ea
caritate precor te amantissime dñe ihu
xpe quando tuum amorosum cor strigeba
tur. ut sis michi indigno famulo tuo pla
cabilis super multitudinem peccatorum
meorum bonum et sanctum finem: nec nõ
et gloriam beatam per tuam misericordiã
michi tribuere digneris. Qui vivis et re
gnas in secula seculorum amen. Alia de
votissima oratio ad dominum nrm ihm xpm.
Domine iesu xpe fili dei vivi ex cuius
dignissimo latere sanguis et aqua
exisse describitur: et ex quo interce
dentibus consolatio tribuitur: effunde in
me eodem lateris fonte scienciam et cõsti
ciam qua contra diabolicas et humanas i
pugnationes: et per quinque sacra vulnera
que in cruce pertulisti in ablucionem pecca
torum: laua me ab iniusticia mea: et a pec
catis meis munda me: et ab omnibus tri
bulacionibus meis. spiritualibus et carna
libus sicut vis et sicut michi necessarium.

eſſe intra dictorū vulnerum tuorū pene
tralia abſconde et defende me: Qui viuis
et regnas in ſecula ſeculorum. amen. oꝛō

Domine ad dñm ieſum xpiſtum.
deus meus ſi feci ut eſſem reus tu
us: nunquid facere potui ut non
eſſem effectus tuus: et unde puritatē mea
adeum: nunquid puritatē meā ⁊ tuā miſe
ricordiam peremi Et ſi cōmiſi unde me dā
pnare poſſis: tu nō āmiſiſti unde me ſal
uare poſſis: Verum ē dn̄e q conſciencia mā
meretur dapnacionem: nec penitencia mā
ſufficiat ad ſatiſfactionē: Si dicas quia pec
catū mortem tuā offero ꝑ merito qđ habe
re debui et non habui: aliter tecum nō cō
cedo: parce michi dn̄e parce m: quia non
eſt inpoſſibile tue potencie: nec indecens
tue iuſticie: nec inſolitum tue clemencie: qđ
enim eſt ihc niſi ſaluatoꝛ: ergo bone ieſu
qui me creaſti: ſalua me: non peream: qui
me redemiſti non me contēpnes qui me
creaſti tua bonitate: nō pereat opus tuū

mea iniquitate: Recognosce ergo in me quod
est tuum: absterge quod est alienum:
Qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas
in secula seculorum amen: Oratio sancta et
deuotissima valde ad dominum iesum christum:
Dulcissime domine ihesu christe deus et homo
qui voluisti pro mundi redemptione
nasci: a iudeis reprobari: a iuda tra
ditore osculo tradi: vinculis alligari: Et sicut
agnus innocens ad victimam duci: Atque con
spectibus anne et cayphe et herodi inde
center offendi: et a falsis testibus accusa
ri: flagellis et opprobrijs vexari: sputis
conspui: spinis coronari: colaphis cedi
clauorum acutis perforari: in cruce leuari: in
ter latrones deputari: felle et aceto pota
ri: et lancea perforari: tu dulcissime domine
per has sanctissimas passiones: quas ego in
dignus famulus tuus recolo: et per sanctam
crucem libera me a seruitute peccati: ut di
gnissimum dominum meum iesum christum
non offendam: honorem tuum sciam: glo

riam tuā querā: voluntatē tuā adīpleā
omnipotencia tua: tuu nomē dignissimū
in corde habeam salutē animarū sciam
te dominū ihm xpm feruentē diligam
te: & proximū meum sicut me ipsum: et
me vilissimū peccatorem cōtempnam:
et perducere me digneris in merum sicut
perduxisti latronem crucifixum. Qui cū
patre et spū scō viuis & regnas ī secu
la seculorum. Oratio ad dnm iesū xpm.

D ulcissime atqꝫ piissime dne iesu x.
pater misericordie & deus tocius
clemencie et pietatis: per lacimas
dulces & indicibilia dolorose virginis
marie matris tue aduocate me quibus
rigauit faciem tuā: quando de cruce de
positus fuisti ī manus et gremia eī: vul
nera cor meum et mentem meā sacris
vulneribus tuis: ut beneficium tue passio
nis in corde meo habeam: da michi timorē
pariter et amorē. fac me in tua fide catho
lica firmū ī caritate feruentē: mundum

i cogitacione: recti in opere: et dilectio
tui ſctiſſimi nois et dulcis ihu amo tue
tam crudeliſſime paſſionis ſempe in me p
maneat: nec permictas me diſcedere et
ſeperari a te nullis temptacionibus: ſed ſep
apud me ſis: ut me deducas: intra me ſis
ut me muniаs: ſupra me ſis ut me benedi
cas: Qui in trinitate perfecta uiuis et re
gnas in ſecula ſeculorum amen:—

Oratio alia deuotiſſima ad ieſum xpm

Tu domine ieſu xpe es filius dei qui eg
genitus eternaliter ex deo patre de
ſcendisti in uterum tue ſacratiſſime u
ginis marie matris: in quo uerbum caro
factum: qui habitare dignatus es inte ho
mines: uerus deus et uerus ho: Vere cognit
a fidelibus tuis quaſi unigenitus a patre:
plenus gratie et ueritatis: Tu es ieſus xps
rex iudeorum titulus triumphalis: miſere
re mei peccatrici qui aſcendens in cruce re
demiſti tuo ſanguine precioſo genus huma
num: Te igitur recognoſco creatore meu

iesum xpm filium dei: Te solum laudo et glo
rifico: magnifico et sctifico et beatifico qui ui
uis et regnas in secula seculorum amen: Te
igitur maledicte sathana coniuro: p deum
uiui: per deum uerum: per deum sanctum
per iesum xpm filium dei qui te uicit ne ad
me appropinquare ualeas uel audeas Et
per passionem eius per quā admisisti pos
se tuum: ne michi ulla scandela inferas: Et
per sanguinem eius per quem eternaliter es
dapnatus: ne michi presumas presentare
aliquas molestias: ut semper cum pace et
cum tranquilla deuocione sim cum deo meo:
Et ad eum qui me eligere dignatus ē sine a
nimi perturbacione merear feliciter peruem
re: Per eundem dominum nr̄m iesum xpm a.

Oratio ualde deuotissima ad lignum p
ciosissimum sancte et uiuifice crucis.

O lignum uenerabile: o lignum admirabi
le: a maligno me protege crux xpi om
ni tempore: cum insurgit temptacio:
sis mea liberacio: In aduersis refugium: Conf

hostem

hostem presidium: Contra sathane iaculum
Crux michi sit obstaculum tua me potens
tucio: ab omni purget vicio: O crux tuum
signaculum: sit michi propugnaculum amo
ribus inlicitis: A tactu turpitudinis contra
omne periculum: Crux michi sit umbra
culum: Ut ab estu libidinis: conseruet par
tem pectoris: Ne turpis cogitatio: aut car
nis delectatio me pertrahat: Crux sancta
me custodiat. Amen. Oratio deuotissima:
Ingenti patris unigenite iesu xpe: qui
pro nobis ab impiis occisus es: tui
sanguinis reminiscere precium qui
que pp nos perferre dignatus es: sputa: pro
bra uincula: Colaphos. Alapas: Flagella:
crucem clauos: Amaritudines: mortem.
lanceam: et nouissime sepulturam nobis
miseris: pro quibus hec passus es: celestis
regni tribue beatitudinem infinitam: Ut
qui passionem tuam ueneramur perhennis
resurrectionis tue gaudiis sublevemur. Qui
cum patre et spiritu sancto uiuis et regnas in secula

seculorum amen Ad adorandum corpus xpi or.

Ave salus mundi: verbum patris: hostia vera: viva caro: deitas integra verus homo: Salve salvator mundi in ea gloria xpe: Salve qui salvas quicquid bene salvatur in orbe miserere mei et esto ad obitum meum. Quicumque dixerit hec verba in elevacione corporis xpi habebit quadraginta dies indulgencie.

Ave verum corpus natum de maria virgine: Vere passum immolatum in cruce pro homine: Cuius latus perforatum vere fluxit sanguine: Esto nobis pregustatum mortis in examine. O clemens o pie: O dulcissime fili marie nobis peccatoribus miserere amen.

Alia oratio valde ac satis devotissima:

Domine iesu xpe qui de celo descendisti ad terram: ad sanctam mariam ancillam tuam: carnem et sanguinem ex ea assumere voluisti: ex ea natus fuisti: et traditus a discipulo et ductus ad

paſſiones: in cruce ſuſpenſus fuiſti: cla
uos in manibus ac pedibus habuiſti: co
ronam ſpineam in capite portaſti: et cor
pus tuum receptum fuit in ſudario: et illa
tum in ſepulchro: et ſpiritus tuus abijt in in
fernum et expoliauit eum: et tercia die
reſurrexiſti. Precor te per ſanctum nomen tu
um ut virtutes tue michi ſint in adiutorium
anime mee et corpus meum atque conſerue
tur ſemper per virtutem ſancte annunciacionis
tue. Pater noſter. Per ſanctam annuncia
cionem tuam ſuccurre michi et preſta michi
conſolacionem in adiutorium anime et
corporis mei et in honore aduentus tui
Pater noſter. Per ſanctum aduentum
tuum ſalua me et adiuua me omni tem
pore in honore ſancte natiuitatis tue.
Pater noſter. Per ſanctam natiuitatem
tuam libera animam meam et corpus me
um ab omni tribulacione et anguſtia
in honore ſancte paſſionis tue. Pater
noſter. Vulnera tua domine ſint me

dicina mea: mors tua bona: bone pastor sit
mihi uita. Resurreccio tua sit saluacio
mea: in honore sancte misericordie tue. Pater
noster: Ascendat ad te domine oratio mea
et peto ut non reuertatur ad me uacua: sed
sicut scis miserere mei: in omnibus que ne
cessaria sunt anime et corpori meo: fiat mihi
domine firma fides in corde: Signum sancte
crucis in fronte: Verbum ueritatis in ore.
Dileccio dei in pectore: Precincio castita
tis in circuitu: Honestitas in actione: so
brietas in consciencia: Humilitas in pros
peritate: amor uite eterne: prestante do
mino nostro iesu xpo: Qui cum patre et spiritu
sancto uiuit et regnat deus per infinita secula
seculorum amen: oratio sancti augustini episcopi

Summe sacerdos et uere pontifex
qui te obtulisti deo patri in ara cru
cis: pro nobis miseris peccatoribus
qui dedisti nobis carnem tuam ad manduc
andum: et sanguinem tuum ad bibendum
et posuisti misterium istud in uirtute spiritus

sci dicens: Hec quociensc[um]q[ue] feceritis i[n] mei
memoriā faciatis: Rogo ꝑ hanc mirā et
in enarrabilē caritatem qua nos miseros in
dignos sic amare dignatus es: ut lauares
nos a peccatis nr̄is in sāguine tuo: Doce in
dignam famulam tuam quam inter cetera dona
tua et etiam ad suscipiendum corpus tuum
et sanguinē uocare dignatus es: nullis meis
meritis sed sola miseratione misericordie
tue: Ecce me queso per ip̄m scm̄ tuum nomen-
tam magnum tam sanctum credere et acci
pere misterium: ea reuerencia et eo timore
quibus me oportet reddere: Fac me ꝑ grām
tuam semper illud de tanto misterio crede
re et intelligere sentire et firmiter retinerē
dicere et cogitare qd̄ tibi placet ⁊ expedit
anime mee: Intret sp̄s tuus bonus i cor meū
qui sine strepitu ūbor[um] loquat[ur] in omnem ue
ritatem tantorum misteriorum: Profū
da quippe sunt ⁊ mens sacro tecto uelami
ne: ꝑ magnam clemenciā tuā concede m̄
corpus tuum ⁊ sanguinem tuum puro cor̄

te ⁊ munda mente ſuſcipere: Libera cor
meum ab inmundis et malis cogitacō
nibus: Munimine beatorū angelorum
pia ⁊ fide cuſtodia et fortiſſima tutela ut
hoſtes bonorum omnium cōfuſi diſcedāt
a me per uirtutem tanti miſterij: Et p ma
num ſci angeli tui michaelis: repelle a me
domine et a ſeruis tuis ⁊ famulabus tu
is dirriſſimum ſpiritum ſuperbie: forni
cacionis et inmundicie: Rex uirginum
Amator caſtitatis: Conſeruator deus ce
leſtis: rore benediccionis tue extingue in
corporibus nr̄is totum fomitem ardētis
libidinis: ut maneat in nobis tenor to
cius caſtitatis animi et corporis: mortī
fica in membris nr̄is carnis ſtimulos: oēs
q; libidinoſas cōmociones: ⁊ da nobis
uerā et perpetuā caritatem et caſtitatē
cum ceteris bonis que tibi placent uirtu
tibus: ut ſacrificium laudis caſto corpore
et mundo corde cottidie ualeamus tibi of
ferre: Quanta enim corporis contricōe

et lacrimarum fonte: quanta reuerencia
timore et tremore: quanta corporis et aie
puritate: istud diuinum et celeste sacrifi
cium est celebrandum domine: ubi caro
tua in ueritate sumitur: ubi sanguis tuus
in ueritate bibitur: ubi yma summis coniu
guntur: ubi adest sanctorum presencia an
gelorum: ubi tu es sacerdos et sacrificium.
Quis digne hoc celebrare potest: nisi tu
deus omnipotens dignum feceris offerentem.
Scio et uere scio: et hoc ipsum benignitati tue co
fiteor: quia no sum digna accedere ad ta
tum misterium: propter nimia peccata mea
et infinitas negligentias meas: sed uera
citer ex toto corde credo: et ore confiteor:
quia tu potes facere mundum de immundo
conceptum semine: Per hanc omnipotencia
tua te rogo concede michi peccatrici hoc
sacrificium digne sumere: cum timore
et tremore cum cordis puritate et lacri
marum fonte: cum leticia spirituali et
celesti gaudio: sentiat mens mea dulce

dinem misericordie tue et beatissime tue p̄sen
tie: excubia sc̄oꝝ tuoꝝ angeloꝝ in circuitu m̄o
Ego enim memor̄ ueneranter passionis tue ac
cedo ad altare tuu: ut sumā corpus sanctū
et sanguinē tuu licet peccatrix Rogo te
domine iesu xp̄e p̄ hunc mirificū et tremendum
misterium quo cottidie in ecclīa tua pascim̄
et potamur et abluimur et sc̄tificam̄ atq̄
unius summe dignitatis particeps efficiamur
Da mihi uirtutes tuas sc̄ās: quibus repleas
bona consciencia ad altare tuu accedam: ut
hec celestia sacramenta efficiantur salus et
uita: Tu enim dixisti ore tuo sc̄o et benedic
to: Panis quem ego dabo caro est p̄ mundi
uita: Qui manducat me et ipse uiuet pp̄
me: et ego in eo: Ego sum panis uiuus qui
de celo descendi: siquis manducauerit ex hoc
pane uiuet in eternū O panis dulcissime: o
panis suauissime o panis saluberrime: sana pa
latum cordis mei: ut sentiam suauitatē amo
ris tui· Sana me domine et om̄es quos ī ora
tione suscepi comendatos ab omni langore

peccati: ut nullā preter tuā ſenciamus dul
cedinem · Panis candidiſſime habens omē
delectamentum · et omnem ſaporem qui nos
ſemper reficis et in te numq̄ deficis: comme
dat cor meum in dulcedinem ſaporis tui: re
pleantur viſcera aīe me: Manducat te āge
lus pleno ore: manducat te peregrinus hō
pro modulo ſuo ne deficiat in via huius ui
te tali recreatus viatico: panis ſacte · panis
ſſime: panis pulcer · panis munde: qui deſcen
diſti de celo et das virtutem in mundo ⁊ vitā ·
Veni in cor meum et munda me ab omni inq
namento: Intra in animā meā: ſana ⁊ ſcifi
ca me interius ⁊ exterius: Esto tutamentū
et continua ſalus corporis et anime peccatri
cē Repelle a me domine inſidiantes mihi
hoſtes: recedant p̄cul a p̄ſencia potencie tue:
ut intus et foris munita · recto tramite ad
regnū tuum perueniam: ubi non in miſteriis
ſicut in hoc tempore agitur: ſed facie ad facē
te videbimus: cum tradideris regnū deo patri ·
Et d's erit oīa in oībus: Tunc enim nos te

te saciabis mirifice: ita ut in eternum neque
esuriamus: neque sitiamus amen. Alia

Qui ante te meritorum | oratio deuota:
qualitatem considerans piissimo te deus
inuocare sed perpetua ineffabili pie-
tate qua dignatus es peccatores ad tuam
misericordiam uocare: sed ad te uenientes
omnes dignatus es piissima indulgencia
et sempiternam gratiam conferre: Tu enim
a tua pietate nullum repellis: sed ad te uenien-
tibus tue pietatis et misericordie libenter
sinum aperis: qui ad sacramentum piissime
reconsiliacionis tue clementer admittis: et
gratie tue participes efficis: qui uocas ea que
non sunt: tamquam ea que sunt: et facis de indi-
gnis dignos: et de peccatoribus iustos: et in infir-
mitate uirtutem tribuis: Tu ergo domine
fac me peccatricem opus tue misericordie
magne et pietatis immense et tue gratie sem-
piterne: non pro meis meritis sed pro tuis
miseracionibus multis et magnis: Mitte tuum
spiritum sanctum paraclitum de celis d

lluminatorem et sanctificatorem sancte
ecclie quo tu deus illuminasti et sancti
ficasti et confirmasti corda tuorum san
ctorum apl'or: et ceterorum fidelium. oro
ut ipse sps sanctus adveniens cor meum
inflammet et ab omni peccato expurget
et munimine gratie habitaculum faciat
et omnes sensus meos purificet et clari
ficet et me ad cernendum ydone reddat
te tribuente salvator mundi. Qui cum pa
tre et spu sco vivis et regnas in secula
seculorum amen. Alia oratio devotissima.

Precor te domine sancte pater om
nipotens et misericors deus qui
es trinus in personis: et in uni
tate consistis: qui es et qui eris et qui fu
turus es: Et eo qui es permanens et admi
rabilis et incorruptibilis: et qui ante mor
tem passionis tue discipulis tuis tecum
residentibus panem sanctum fregisti: illisque
porrigendo dixisti: accipite et comedite
hoc est enim corpus meum quod pro vobis

tradetur: illisque cenantibus calicem similiter
porrexisti dicens: Accipite et bibite ex hoc
omnes: hic est calix sanguinis mei novi te
stamenti: qui pro multis effundetur in re
missionem peccatorum. Da michi dulcis
sime domine iesu christe: ut per hoc sacramenti
corporis et sanguinis tui misterium: quod de
tua solum modo confisa pietate: non de me
is meritis sperans minime aliquid accipe
re: ablucionem meorum facinorum piam in
dulgenciam et fontem lacrimarum cedere in
famulatu pro amore tuo michi tribuas:
tuam misericordiam et graciam: opusque me
um in bonum perficias in spe et caritate per
fecta confirmes: ab omni subieccione me
repellas: et in tua pietate ad serviendum
tue maiestati me custodias: et mandata tua
servare me facias: et te solum diligere si
ne cause dilectione ut decet: et proximum
meum sicut me ipsam doceas amare: men
tem meam ad celestia desideria erigas: et
ad bonam perseveranciam perducas: Per · Oratio

Domine iesu xpe· Alia deuota oratio:
fili dei uiui qui in caluarie loco cru
ci affixus patrem pro crucifixoribꝰ
tuis exorasti dicens: Pater ignosce illis
quia nesciunt quid faciunt: Tibi hodie
commendo animam meā: sensus meos et
actus meos cum in cruce pendens cōmisisti
spiritum tuum dicens: pater in manus
tuas commendo spm meum Alpha et ω
uita uiuens ihū xpe· ab iniqua et subita
nea morte eripe me· Verax uita xpe: a
terribili et subitanea morte libera me:
xpe salus uite: Ab angustijs et subitanā
morte protege me: Qui plasmasti ne
me patiaris preuenir subitanea morte
uitam quam dedisti michi ullo modo fi
nire: sed humane condicionis figmentū
intuens custodi me dormientē· conserua
me uiuentē: uita in mortalis xpe: Pax
hunc trinitas scā· me famulam tuam
sine intermissione custodi et libera me
ab omni malo amen:· Alia oratio:

Aue in eternum ſanctiſſima caro xpi:
qui es mea uera reſurreccio. Aue in et-
ernum potus ſalutaris michi: ante oīa
et ſup oīa dulcis: Domine non ſum dig-
ut intres ſub tectum meū: ſed tantum dic
uerbo et ſanabitur puer meus Oratio:
Ecce quod concupiui iam uideo: qd
ſperaui iam teneo ieſum benigniſ-
ſimum: ieſum dulciſſimum: illi iun-
gi merear in celis: cuius uultum cerno in
preſenti ſeculo: et ſacrum ſacramentum ter-
no in terris. Hoc recognoſco hoc miſterium
redempcionis illud corde credendo et con-
fitendo: ac totis uiribus anime meo con-
cupiſco. Laudo: benedico: adoro et glori-
fico atqz inceſſanter gratias ago reci-
piens uiaticum ſalutis eundo in uita eter-
nam: recipiendo corpus et ſanguinem do-
mini nri ieſu xpi filij dei uiui qui me ab
hoste maligno defendat et ad uitam perdu-
cat eternam: et reſuſcitet me in die iudi-
cij: quando uenturus es iudicare uiuos et

mortuos et seculum per ignem. In te dn̄e
speraui non cōfundar in eternū: in tua iu
sticia libera me: inclina ad me aurē tuam
accelera ut eruas me. Esto michi in deū
protectorem in locum refugij ut saluū
me facias. Quoniā fortitudo mea et refugi
um meum es tu: et ꝑ nomen tuum dn̄e de
duces me et enutries me. Educes me de
laqueo uenancium quem absconderunt
michi: quoniā tu es protector meus. In
manus tuas domine comendo spiritum
meum redemisti me deus ueritatis: x
Laudate dn̄m om̄s gentes: laudate eū
omnes populi: Quoniā confirmata ē sup
nos misericordia eius: et ueritas domi
ni manet in eternū. Kyrieleyson. Xp̄e eleyson.
Kyriel. Pater nr̄. Et ne nos inducas
in temptacione: Sed libera nos a malo
amen. Benedicam dominum in omni
tempore: Semper laus eius in ore meo:
In domino laudabitur anima mea: Au
diant mansueti et letentur. Magnificate

dominum mecum Et exaltemus nom̄ eius
in id ipm: Sit nom̄ dn̄i benedictum: Ex hoc
nunc et usqꝫ in seculum: amen. ·Oꝛo deuota·

AUfer a me dn̄e spiritū superbie: cui
resistis: et da mihi cor contritum ⁊
humiliatum quod non despicias: et i
animo contrito et spū humilitatis conuīte
me Sic fiat obsequium meum et seruitutis
mee corā te: ut a te suscipiā hodie et place
at tibi: per hec sancta sacramenta que sūp
si repleatur aīa mea adipe ⁊ pinguedine
spiritus sancti amen. ·Alia deuotissima· oꝛo

GRās tibi ago dn̄e deus nr̄ qui me
peccatricem saciare dignatus es cō
pore ⁊ sanguine domini nr̄i iesu xpi·
Ideo peto omnipotens deus ut hec sancta
communio non sit michi ad iudicium et cō
dempnacionē pene: sed sit mihi arma fidei
et scutum bone uoluntatis: ad euacuandas
omnes insidias diaboli de corpore meo et
ut illud introire conuiuium me peccatricem
perducas. Vbi lux uera et ubi sunt gau

oia iustorum aiarum: Panis uiuus angelorum et uera lux mundi deus illumina tenebras meas: et miserere mei: ut non sit ad iudicium sed ad remedium aie mee: Corpus et sanguis tuus quod ego sumpsi amen. Alia:

Domine iesu xpe fili dei uiui oratio redemptor mundi eam confessionem concede mihi habere quam latroni tibi confitenti in cruce concessisti: Et presta piissime domine: ut in hora exitus mei ulcio diuina super me non ueniat: nec occurrat mihi potestas tenebrarum nec noceat sed talem me dei examinacio inueniat qualem me fons regeneracionis exibuit: Rogo te piissime domine iesu xpe: ut in die exitus mei non deneges sacratissimi corporis et sanguinis tui communionem sed cum fide uera et sincera dileccione eam concedere mihi percipere: in seperacione corporis et aie Per te ipsum dominum nostrum: Qui uiuis et regnas deus per oia secula seculorum amen. Sequuntur Letanie Maiores: –

Incipiunt letanie proprie vite domi-
ni nostri iesu xpristi valde cōtēplatiue.

PEr misterium sancte incarnatio-
nis tue: libera me domine. Per
sanctam natiuitatem tuam. lib.
Per sanctā circumcisionem tuam. lib
Per sanctam apparicionem tuam. lib
Per sanctam oblacionem tuam. lib
Per sanctam infanciam tuam. lib
Per sanctum baptismum tuum. lib
Per sanctum ieiunium tuum. lib
Per sanctam abstinenciam tuam. lib
Per temptacionē ꝛ seq̄z victoriā tuā. lib
Per sanctā passionem tuam. lib
Per sanctum laborem tuum. lib
Per sanctam pacienciam tuam. lib
Per sc̄am inopiam ꝛ paupertatē tuā. lib
Per sc̄am doctrinā ꝛ p̄dicacionē tuā. lib
Per sc̄am miraculoꝝ operacionē tuā. lib
Per sc̄am angoniā ꝛ timorē tuum. lib
Per sc̄am iagoniā ꝛ oratio nē tuā. lib
Per sc̄am sanguineā sudacionē tuam. lib

Per ſanctam capcionem tuam· lib·
Per ſanctam ligacionem tuam· lib
Per ſanctã obprobrioſã deriſionẽ tuã· lib
Per precioſi capitis percuſſionẽ tuã· lib·
Per veſtimentorum tuorum propriorum exuicionẽ· lib
Per ſanctam flagellacionem tuam· lib
Per iniuste ſentencie ſubſcepcionẽ tuã· lib·
Per ſcẽ crucis proprie baiulacionẽ tuam· lib
Per paſſionem et crucem tuam· lib
Per ſanctam crucifiſſionem tuam· lib
Per in cruce denudacionem tuam· lib
Per crudelẽ in cruce mẽbrorum extẽcionẽ tuã· lib
Per ſcãm ĩ cruce manuũ ꝛ pedũ crucifixioẽ tuã· l·
Per ſcãm ĩ cruce lacrimarum effuſionẽ tuã·
Per ſanctam ĩ cruce ad matrẽ cõpaſſionẽ tuam libera me domine·
Per ſanctam in cruce ſitim tuam· lib·
Per ſcãm in cruce fellicã potacionẽ tuã lib
Per ſcm in crucem clamorem tuum· lib
Per ſanctam in cruce ſpiritus tui patri tuo commendacionem tuam libera me dñe·
Per ſcãm in cruce boni latronis confeſſionẽ· lib·

Per scām in cruce capitis inclinacionē l'
Per scām in cruce spūs tui emissionē lib
Per mortem tuam lib
Per scām elementorum oīum cōpassionē tuā lib
Per cēturionis scām ⁊ uerā cōfessionē lib
Per scm̄ in cruce pallorem tuum lib
Per scām i cruce lateris apericionē tuā lib
Per sanctam lateris tui sanguinis et aque emissionem tuam lib
Per sāctam in pānis iuolucionē tuam lib
Per scām mulierum lamētacionē tuā lib
Per scām sepulturam tuam lib
Per sepulture tue custodiā diligentē lib
Per gloriosam resurreccionem tuam lib
Per scām multimodā apparicionē tuā lib
Per admirabilem assensionē tuā lib
Per gratiam spiritus sci paracliti lib
In hora mortis mee lib
In die iudicij libera me domine. orō:

Quando nata est maria uirgo sactissima: tunc illuminatus est mundus stirpe beata radice sancta anna et io

achum: et benedictus fructus ventris tui:
ſancta maria ora pro nob̄ ad ieſum filiū
tuum benedictum: Qui viuit et regnat cū
deo patre in vnitate ſpūs ſcī deus per omnia
ſecula ſeculorum amen: Orō ad crucem:
Domine ieſu xp̄e vexillum tue crucis
adoro: ut per virtutem eiuſdem cru
cis: animam meam et corpus me
um ab omni periculo et ab omni malo et
ab omni tribulacione et angustia: et ab
omni perſequucione et infeſtacione in
imici ſaluare digneris famulam tuam: o
crux benedicta: O crux glorioſa: o crux ado
randa: o lignum precioſum: redempcio nr̄a
Salus nr̄a: Reſtauracio nr̄a: ſignum ſalutis
nr̄e: Ineffabilis virtus nr̄a: Inenarrabilis me
dela: Incomprehenſibilis victoria Interiora
lingna paradiſi tu es ſuauior gloriosior dul
cior elegancior fecundior excelſior odora
cior. De ceteri namq̄ȝ arbores ꝓpria quadam
gr̄a donata ſunt: Tu vero melius abſciſa
q̄ radicata fructificaſti: Obſecro te ꝑ diui

nr̄m ieſum xp̄m qui pependit in te: pro ſa
lute nr̄a ut ſemper ſis in adiutorium meū
et ad conſolacionem ad cuſtodiam et ad
defenſionē meam: et ad euacuandum omē
malum. Utinam te dominā inceſſantē
habeam pro oculis: que ſi flagilitatem meam
impediar: tanta ſit clemencia tua circa me
ut quocienſcumque te inuocauero: aut in an
guſtia aut peccatis meis: aut in quacum
que neceſſitate mea proximam michi ſu
mam clemenciā tuā uſque dum felicitate ce
leſti perfrui merear ad laudem et gloriā
dn̄i noſtri ieſu xp̄i amen: Orō ad uirginem

SAncta maria dei genitrix uirgo mi
tiſſima domina per amorem unige
niti filij tui dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. cū elec
tis dei et omnibus ſcīs: ueni in adiutorium
meum: et dignare intercedere pro me: et di
gnare intercedere pro me peccatrice et libera
me in anguſtijs poſitā: exaudi me piiſſima
domina te benedicunt om̄s generationes:
quia fecit tibi magna qui potens eſt et ſan

ctum nomen eius: Tu gloriosa regina
celorum: te deprecor beatissima virgo ma
ria: per sc̄am natiuitatē tuā in qua creato
rem omnium prolē genuisti: vt sis m̄ in
adiutorium in die obitus mei: cum omni
bus sanctis dei: per sc̄am crucem in qua
filius tuus affixus: te discipulo suo ioh̄i:
commendauit dicens. Ecce mater tua: P̄
ipsius et amorē adiuua me in omnibus cau
sis quibus angustiatum me esse cognoscis:
Aue maria gr̄a plena dei genitrix que es
super solem et lunam pulcerrima: Aue
gloria mundi: cuius sp̄es rex celi et t̄re concupi
uit: Aue salutata ab angelo: Aue pregnans
de celo: Aue domina que filium dei ex sacris
visceribus meruisti generare: Aue dn̄a
que filium dei pannis inuoluisti: et ī p̄se
pe posuisti: Aue domina que filium dei:
lactasti: et in balneo misisti: Aue domina
que filium dei in templo presentasti: quā
quam in terra in carne sparuisti et audiuisti
eum predicantem salutem n̄ram: Aue glo

riosa dn̄a que filiū dei uidisti in cruce suspen
sum pro redempcione nr̄a: Aue dn̄a que fili
um dei uidisti mortuum et sepultum pro
nobis: Aue dn̄a que filium dei uidisti resur
gentem a mortuis: Ascendentem ad celos ad
patrem cum carne illa quā ex gloriosa virgi
ne assumere dignatus es: Aue regina ce
lorum: Aue dn̄a angelorum: Aue exaltata cō
scōrum: Aue laus omnium iustorum: Aue re
cuperacio perditorum: Aue spes nr̄a: Aue sa
lus nr̄a: Aue scīssima omnium feminarum
Aue gloriosa omni laude dignissima in cunctis
ueneranda. Xp̄e audi nos: Saluator mundi
adiuua nos: Scā dei genitrix intercede pro
nobis: Scā maria beatissima atque omni lau
de dignissima intercede pro nobis: Scā ma
ria clementissima dn̄a intercede pro me: Scā
maria benignissima dn̄a consolacio ad te cōfu
giencium intercede pro me: Scā maria pul
critudo angelorum: intercede pro me: Scā
maria flos patriarcharum: intercede p̄ me:
Scā maria thesaurus aplorum: intercede p̄ me:

Scā maria glorificacio sacerdotum: inter
cede p me: Scā maria uirgo uirginum: casti
tatis exemplum ora pro me: Sctā maria īt
feminas beatissima ora p me: Scā maria:
ostende misericordiam tuā et tange cor me
um: ut faciam uoluntatem fily tui ut illu
minet me et liberet me: Scā maria dei ge
nitrix: per misericordiā fily tui saluatoris
nri iesu xpi qui in utero tuo incarnari uolu
it Miserere michi famule tue et ora p me:
Scā maria uirgo perpetua: per dileccionem
fily tui: qui tantum dilexit te: ut exaltaret
te super choros angelorum: exaudi me ut cu
stodiat me deus: ab omni peccato presēti
et futuro: Scā maria spes miserorum: mi
serere mei: Scā maria benignissima et splē
didissima miserere mei: Sancta maria pōr
ta celi: miserere mei: Scā maria stella ma
ris et dnā clarissima miserere mei: Sctā
maria te laudo: te adoro: magnifico et glo
rifico: speciē tuā: misericordiam tuā: laudo
et adoro uirginitatem tuam que sola fuisti

digna portare dominatorem celi et terre
maris et omnium que in eis sunt: Laudo
et adoro uiscera tua beata: que portauerũt
deum et hominẽ: Laudo et benedico ute
rum tuum: qui portauit iesum xp̄m:
Laudo et adoro ubera tua: que lactaue
runt saluatorem mundi: Precor te bea
tissima dei genitrix uirgo maria per amo
rem unigeniti filij tui: ut intercedas pro
me peccatrice ad dominũ nr̄m iesum xp̄m
filium tuum in oībus necessitatibus meis
et ne elongeris a me sine adiutorio tuo:
in illa hora tremenda quādo aīa mea exi
bit de corpore meo: ut secura ueniat ī illa
hora et in die iudicij ad portas paradisi
ante conspectum dei: et merear uidere fi
lium dei et leticiam sempiternā habere cū
illo: O pia domina: o celorum ornamentũ
atque seculi margarita et regis celestis spō
sa: Tu gloriosissima sc̄ā maria: tu por
ta paradisi: Tu templum dn̄i: tu palaci
um xp̄i: Per te beatissima dei genitrix:

porte paradisi aperte sunt Per te pax in
ter homines et angelos facta ē: Per te
mundus restauratus est: Per te pōte in
feri fracte sunt: Per te saluator mūdi
natus est: Per te oīa bona facta sunt i
celo et in terra: Per te exierunt patriā
che et pphete: Tu gloria ierlm: tu leti
cia isrl' tu exaltacio omnium tu es electa
ante mundi constitucionem permanēs
in regno fily tui: sine fine: ubi seruiunt
tibi angeli ⁊ archangeli et obediunt tibi
patriarche et pphete ⁊ omēs apli sci mar
tires confessōres virgines ⁊ oīns virtutes
celorum: Ideo precō te beatissimā gloriosā
virginem mariam · p unigenitum filium
tuum qui talem honorem ꝓperauit tibi
ne derelinquas me sine adiutorio tuo in
omnibus angustijs ⁊ necessitatibus meis
O sanctissima · o dulcissima: o piissima ·
o piissima · o misericordissima: o pulcer
rima filia dei: o spōsa xpi: o scala dei: O
mater dni virgo maria commendo tibi cō

pus et animā meā et oīs sensus meos ut
me famulā tuā: ab omnibus malis presen
tibus et futuris defendas et custodias me.
Beata a filio tuo: quia per te fructū uite co
municauimus: Benedicta ab eo: qui te ma
trem elegit sibi: Benedicta ab eo qui te
creauit: Benedicta domina ab eo quem
in utero concepisti: Benedicta domina ab
eo: quem uberibus tuis lactasti: Benedic
ta domina ab eo: quem in pannis īuolusti
et in presepe posuisti: Benedicta dnā ab
eo quem sanctissimis brachijs amplexata
es: Benedicta dnā ab eo quē ab infancia
lactasti in cui⁹ puericia eum enutristi: et ī
iuuentute eum prosequendo honorasti: cu
ius uirtutem considerasti: eiusqz doctrinā
eum audiendo salubrē operasti: Benedicta
dnā ab eo quem euntē ad passionē non reli
quisti: cui⁹ penis et doloribus condoluisti.
cuius uocē in cruce pendentē 7 ad te loquen
tē audiuisti: cui⁹ mortem materno gemi
tu conspersisti: in cui⁹ obitu pijssimas lacri

mas effudisti: cui dolori et funeri benedic
to obsequium impendisti: et eum in sepulc
aspexisti. Benedicta dn̄a ab eo quē in celo
ascendentem conspexisti: Benedicta dn̄a
ab eo qui te suis discipulis et maxime io
hanni sibi dilecto et carissimo comendauit.
Benedicta dn̄a ab eo qui te uocauit te mi
do: et super choros angelorum te secum col
locauit in throno glorie: Benedicant te do
mina cuncta que creata sunt: celi et tēra:
maria ꝛ oīa que in eis sunt: Benedicant te
dn̄a oīs scī angli: archangeli throni ꝛ do
minaciones: pncipatus et potestates ꝛ oēs
celoꝝ uirtutes: Benedicant te dn̄a om̄es
scī patriarche et pphete: oīs scī apli ꝛ euā
geliste: oīs scī martires et cōfessores: oēs
pueri ꝛ uirgines: oīs monachi ꝛ heremite.
omnes uidue et continentes: omnes scī
et electi dei. Salue stella maris memō esto.
a quibus memoraris: Fac domina ut amō
tuus semper sit mecum: et cura mea semp
sit tecum. Amen:

Explicit Officium



Deo grās Amen.

$130

$130.